Quelle: https://manuscripta.at/?ID=47062
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster

Additiones ad Caput IX.

1) Regino Chron. ad an. 791.

2) Anonymus Hist. Conversf. Carinth. apud Rechinum Annal. Sab. sec. VIII, 869.

3) Idem apud eundem sec. VIII S. apparat missionem et labores ~~S. Ac~~ Apostolicos S. Modesti in Carinthia, ad petitionem Chetumari Ducis circa annum 770. Chetumari successor Waltungus sive Waleuno misit ienum ad S. Virgilium Episcopum Salisburgensem, et obtinuit Presbyteros, qui populum in fide Christiana instruerent et firmarent. ~~eum esservarent~~ Obiit anno 784 Deinde a Carolo M. Dux Carinthiae datus Ingo: ~~Ai~~ qui cum rusticos et nobiles gentiles invitasset ad mensam, illos autem honorifice, hos ~~negli~~ niditer tractasset; causam rogatus respondit nobilibus: Non estis digni non ablutis corporibus cum sacro fonte ablutis communicare, sed foris domum ut canes sumere victus. Hoc facto fide sancta instructi certatim cucurrerunt baptizari; et sic deinceps Religio Christiana floruerit. Ingoni successit Brinizlanga, huic Cemicas vel Cencias, huic Hroymanus, huic Etgarius. Atqui temporibus Carloi M. floruisse Carinthiae Ducem S. Domitianum, ex antiquissima traditione, et cultu illius, et sepulcri inscriptione constat. Eundem ergo unum ex supra enumeratis fuisse, necesse est. Waltungum putat ~~Carinus et~~ Alb. Reichartus in Breviario historiae Carinthiae; ubi: Episcopatui Solensi gubernando praefecti sunt ~~anno~~ S. Modestus A.C. 745, Majoranus 782. --- Caeterum S. Praesul Modestus insignis orcum triumphavit Waldeunone eflore nobilitatis primario viro sub Christianas leges per industrios labores adducto. Quamquam victoria conitem et quidem feminam sit nactus, Mariam Ducum Meraniae et Goritiae Comitum atque Palatinorum Carinthiae sanguine genitam, uxorem Waldeunonis. -- Itaque Waldeuno, quem sacris undis tinctum Domitianum dixerunt, mille statuas seu idola et. Bollandus existimat, Cenciam esse Domitianum. Aegidius Chron. Carinth. l. 5. hanc Ducum successionem ponit: Chitomanus obiit an. 757. Waldungus, 779. Theodo Thassilonis Ducis Bojorum filius, 772. Ingucon Francus ab an. 788 usque ad 792. Codolaus usque ad an. 819. Baldericus usque ad an. 829. usque ad annum circiter 854. Carolomannus Rex Bojaria et. Pone de

[Christianos,

[Monasterii Milleftadiensis fundatorem
[publico

[Act. SS. ad 5 Feb.

[et 6.

[S. Domitianus